na officia. Dicitur etiam vlterius indubitāter. i. per sentē tiam & p confessionē & per euidētiā facti vt. s. quia crimem nulla tergiuersatione celari pōt. Et est tergiuersatio simulatio quedā. Sed thomas suis quodlibet. qdlibet. xj. ar. viij. inter cetera dicit. Attēdendū tamē est quod hoc non intelligitur de quolibet sacerdote fornicario. Sed de publicis fornicarijs: qui proprie dicūtur publici quādo iudicio & sententia ecclīe vocātur publici qd est valde notādū Et p āpliori declaratiōe vide cap. sciscitātib⁹. xv. q. viij. cuius cōtextura talis est. Sciscitātib⁹ vobis si a sacerdote qui fuerit comprehēsus in adulterio: siue de hoc sola fama respersus: debeatis communionem suscipere vel ne re spondemus. Non potest aliquis quantumcumqz pollutus sit sacramenta polluere: que purgatoria cunctarum cogitationum existunt qualiscunqz sacerdos sit. Que sancta sunt: coinquinari non possunt. idcirco ab eo vsqz quo episcoporum iudicio reprobetur communio percipienda est: quoniam mali bona ministrādo se tantūmodo ledūt. Sicut cerea fax accensa q sibi detrimentum prestat: alijs vero lumen in tenebris administrat. Et tamē alijs commodum exhibet: vnde sibi dispendium prebet. sumite ergo ab omni sacerdote intrepide. i. sine timore christi mysteria: quoniam omnia in fide christi purgātur. Fides est enim que vincit hunc mundum. Et quia non dantis sed accipientis fit. dicente beoto Hieronimo. ad credendum omni anime baptismus est perfectus. Et in omni sacerdote corpus xpi est perfectū. qui rursus sacre scripture cōcordans ait. priusqz audias: ne iudicaueris quēqz. Atqz ante probationē accusationis illate: nemīnē a tua cōmunione suspēdas: q2 nō statim q accusatur reus est: sed qui cō uincitur criminosus. Casus de manu sacerdotis qui ab ecclesia tollitur licite sacramēta sumātur.

Sequitur de sacramento eucharistie circa quod sciendum sunt septem. Primum quid est. Secundo vn-

de dicitur eucharistia. Tertio que sunt de eius substantia. Quarto que est eius materia: et que est eius forma. Quinto quid est in hoc sacramento eucharistie sacramētum tantum: et quid est res tantū: et quid est sacramētum et res. Sexto quomodo continetur christus in hoc sacramēto. Septimo in quot partes debet diuidi hostia et quare. Ad primum dicendum est quod secundum Thomam in. vj. sue summe. eucharistia est sacramētum charitatis tam diuine quam nostre. sic etiam difinit Alexander. Ad secundū dicendum quod dicitur eucharistia ab eu quod est bonum et charis quod est gratia quasi bona gratia. Ad tertium dicendum quod de substantia huius sacramēti sunt quattuor. Primum est sacerdos. Secundum est species panis et vini. Tertium est intētio consecrantis. Quartum est forma verborum consecrationis. Ad quartum dicendum quod materia huius sacramenti est panis triticeus: et vinum de vite: et forma sunt verba consecrationis: cum proferuntur a sacerdote super species panis et vini cum intentione consecrandi. Ad quintum dicendum quod in hoc sacramento: sacramētum tātū sunt species panis et vini. Et res sacramēti est corpus christi mysticum. Et est sacramentum et res: corpus christi verum. Ad sextum dicēdum quod christus totus est in hostia: et tot⁹ in qualibet eius parte: sicut potest poni exemplū in sermone qui est vnus in multis auribus. sic de ista materia etiam tractatur in capitulo cum marthe de cele. mi. Ad septimum dicēdum quod diuiditur hostia in tres partes: propter tres personas sancte trinitatis. Sed quid significet vnaquequam istarū trium partium vide versum qui docebit te. Frangitur tres in partes: tincta beatos. Pars siccata viuos notat. seruata sepultos.

¶ Preclara reuelatio de sacramēto altaris quā domin⁹ reuelare dignat⁹ ē fideli seruo suo Guillermo regi Scotie viro religiosissimo. et est sequens.

Vos qui gloriamini in dn̄o: et exultatis in pre
conijs laudis eius venite et audite ineffabilia se
creta: q̄ de sapiētie sue thesauris proferēs iesus
christus dignat⁹ est reuelare mortalibus. Qui
licet per gratiam suā plene innotuit illis: quos in fide edo
cuit se in sacramēto altaris quod a fidelibus sumitur: eū
dem ipsum esse verum deum verumqʒ hominem qui sine
labe de intemerata virgine carnem sumpsit: q̄ tamen iux
ta quod apostolus ait: non in omnibus est fides. et pleriqʒ
etiam fideles quamuis hoc simpliciter credant: vix tamē
capere preualent intellectu. ad solidandas in fide creden
tium mentes: ad deserendam omnem altitudinem extollē
tem se aduersus scientiam dei: pius iesus christus infirmi
tatis humane conditionem clemēter miserans quid excel
lentie. quid virtutis. quid glorie sacramentum altaris in
se cōtineat: Guillermo regi Scocie mirabiliter patefecit.
Et quamuis alijs nonnullis fidelibus prout comperim⁹
vel per mutationem hostie in carnem christi: vel etiā quā
doqʒ in puerum eiusdem sacramenti veritas sit ostensa:
nunquam tamē legimus vel audiuim⁹ q̄ alicui adeo ple
ne ac lucide totum sacramētum altaris effulserit sicut me
morato regi demonstratum est in spiritu dū dormiret ve
lut ex sequentibus apparebit. Narratio rei. ¶ Nam cum
idem rex die quadam tardius surrexisset: et officiales curie
propter vanas occupationes quas habebāt audire mis
sam celeri⁹ vellēt: clericos regalis capelle que a thalamis
regis paululum est seiuncta: vt eis prius quam rex surge
ret celebrarent precibus induxerunt. Induto igitur sacer
dote et clericis preparatis dum ad dicēdam confessionem
coram sacris altaribus essent humiliter inclinati: visumqʒ est
regi per somnium se eidē confessionem interesse. Qua per
dicta ceterisqʒ officijs ex more peractis vsquequo et hostia
est oblata: intuens rex vidit a loco quo sacerdos hostiam
super corporale posuerat columnam eximie claritatis ex

turgere. que vt ipsi videbatur penetrato capelle culmine aere celoq3 diuiso in ipso throno diuine maiestatis verticē attollebat. Sub ipa colūna cernebat sedere iuxta hostiā speciosum pre forma filijs hominū in forma pueri. Cui⁹ decoris gloria tāta erat: vt in eius cōparatione solaris cla ritas nulla esset. Reflectens autē prefatus rex oculos ad sacerdotem qui tātis preerat mysterijs: vidit eum subito in lucidissimi christalli specie trāsformatū. q̄ sacerdos cu3 ad faciēdū super hostiā crucis signū post oblationē bra⸗ chiū eleuasset: humiliato erga eū capite suo: maximus ille puer signum ipsum excipere videbatur. hec tanta tamq3 stupenda rex attonitis oculis intuens: vehementissime mirabatur. Igitur posq3 ad tertiam repetitionem agnus dei mysterium misse perductum est: eleuatis oculis rex vi dit erectum puerum sacerdoti pacis osculu3 porrigentem. At vbi perceptionis appropinquauit hora qua debet sa cerdos suscipere corpus christi: quod est auditu terribile. credibile tamen secundū quod ait Augustinus quia nos incorporamus eum ⁊ incorporamur ab ipso: puer sacer⸗ dotem commedere visus est. Et sacerdotem nihilominus integrum permanere. Verba augustini sunt vt dictū est. crede ⁊ manducabis me. Non ego mutabor in te. sed tu mutaberis in me. In quo Rex vltra quam credi valeat stupefactus ⁊ ad sacerdotem voce trepidanti exclamans. Quid est (inquit) q̄d tu non suscipis corpus xp̄i? cui sacer dos. q3 vt cernis ipse me incorporat sibi. Protinus Rex ad eu3. Et quis est ipse tantus puer tantaq3 inefabili glo ria laureatus? Ad quē sacerdos. Hic est inquit dominus meus ⁊ tu⁹ etiam o Rex. Nam Rex regū est ⁊ dominus dominantiū. Rexq3 omniū seculoru3. Prostratus igitur Rex cōtinuo corā eo: vt sui misereretur suppliciter preca⸗ batur. Quem cū puer obliquo prius oculo respexisset: et rex humiliter ab eo q̄reret si posset obtinere misericordiā apud eum. Respondit puer pijssimus. impetrabis. Insi⸗

stante vero rege precibus indefessis vt ei benedictionis sue gratiã largiretur:eleuata puer dextera bñedixit eũ dicẽs. Benedictus sis tu a patre meo ⁊ a me ⁊ a spiritu sancto. qui a patre ⁊ a me procedit. Sicq₃ cum sacerdote suo per memoratã colũnã celorũ sublimia petens episcopũ cui₃ oĩbus quorũ in officio misse facta fuerat memoria paterne magestatis oculis presentauit. Et sub eodẽ memẽto sacerdos ad terrã visus est rediisse. Cõpleto itaq₃ sacramẽto excitatus rex ad vocẽ vnius ex clericis: dũ₃ sacerdoti post dñs vobiscũ ⁊ cũ spiritu tuo resonantior in voce q̃ȝ ceteri respondisset: cepit ea q̃ viderat mente solicita pertractare Gaudensq₃ in dño super his vehementer benedicebat ⁊ collaudabat deũ altissimũ qui sibi tanta mysteria demõstrarat. Nulli tamẽ ea pandere voluit quoadusq₃ perpẽdere potuit. Quis nam esset sacerdos cui talia contigerit qui non diceret. A dño factum ẽ istud ⁊ ẽ mirabile in oculis nostris ⁊ alia huiusmodi. Hec pro vt sunt expressa retulit dñs Galter⁹ venerabilis glasconẽsis episcop⁹ dño Arnaldo cistersiensi abbati ⁊ quibusdã aliis religiosis in domo cistersiẽsi dum rediret a cõsilio generali Innocentii pape quarti. A quib⁹ q̃dã monach⁹ Cistersiẽsis sitienter ea percipiẽs.i.maximo cum desiderio ad honorẽ domini nostri iesu xp̃i ⁊ ad deuotionẽ excitandam legẽtiũ cordibus curauit scripture cõmendare. Credentes ista ⁊ pro eo qui ea scripsit orantes: pacẽ ⁊ bñdictionem quam felix rex iste promeruit ⁊ ipsi accipere mereantur per omnia secula seculorũ amẽ.

Sed pro supradictis vide quid dicat Augusti.in ps xlv. super particula deus sedet super sede₃ sanctam suã.glo. q₃ tunc promittebatur futurũ nunc impletũ agnoscitur ⁊ tenetur deus sedet super sedẽ sanctam suã. Quando sedes ei⁹ sancta est forsitam celi ⁊ bene intelligit. Ascẽdit enĩ christus sicut nouimus in corpore: in quo crucifixus est: ⁊ sedet ad dexteram patris idest ad equalitatem

patris. inde eum venturū expectamus ad iudicandos vi
uos ⁊ mortuos scilicet tam bonos q̄ malos homines. Se
det super sedem sanctam suam. celi sunt sedes sancte eius.
Uis ⁊ tu esse sedes eius noli putare te non posse esse. Pa
ra illi locū in corde tuo: q̄m veniet ⁊ libenter sedebit. Ipse
certe ē dei virtus ⁊ dei sapiētia. Et quid dicit scriptura de
ipsa sapientia? Anima iusti: sedes sapientie. Si ergo ani
ma iusti sedes est sapientie: sit anima tua iusta: ⁊ eris rega
lis sella sapientie. Et re vera fratres omnes homines qui
bene viuunt: qui bene agunt secundū charitatē piam con
uersantur. Nonne deus in illis sedet ⁊ ipse iubet ⁊ obtem-
perat anima sedenti in se deo ⁊ ipsa iubet membris? Ani
ma enim tua sancta iubet mēbro tuo quo moueatur pes:
quo manus: quo ocul⁹: quo auris ⁊ sic de singulis. Et sic
iubet ipsa anima sancta membris tanquam famulis suis.
Sed ⁊ ipa seruit interius insidēti sibi domino suo. Non
potest inferiori se bene imperare: nisi superiori se non fue-
rit dedignata seruire. Et sic deus sedet super sedem san-
ctam suā. Hec augusti. vbi supra. Et sic tu si sapiēs fueris:
istorum memor eris. ⁊ sic ista sunt verba valde notanda:
q̄m verba aurea. Et sic pro dictis ⁊ multis alijs nota q̄d
dicatur Esaie. xxxviij. ⁊ est In dieb⁹ illis egrotauit Eze
chielis vsque ad mortem: ⁊ introiuit ad eum Esaias filius
Amos propheta: ⁊ dixit ei. hec dicit dominus deus. Dis
pone domui tue quoniam morieris tu ⁊ nō viues. Et seq
tur. Ego adijciam super dies tuos quindecim annos. glo.
Ista fuit prophetia comminationis: que est quando fit
reuelatio prophete alicuius futuri pro vt est in dispositio
ne diuina ⁊ ei⁹ presentia. hoc infallibiliter impletur. quia
diuina prescientia est immutabilis. Prophetia autem su
praposita qua dixit Esaias morieris tu ⁊ non viues: fuit
prophetia comminationis: que est quando reuelatur ali-
quid futurū non pro vt est in mente diuina: sed pro vt est
in causis inferioribus. q̄m in deo cōsilium nō mutatur id

est cognitio dei, sed bene quandoque opus vt ait Augusti. li. de floribus. Et sic erat de infirmitate Ezechie, que erat incurabilis per naturã: non tamẽ per hoc excludebatur quin diuina virtute curaretur, et ideo talis prophetia non semper adimpletur. Et pro dicta materia vide capi. incõ mutabilis. xxij. q. ij. vbi inter cetera dicitur. Si penitẽtiã egerit gens illa a malo suo: agam et ego penitentiã a malo quod cogitaui vt facerem ei. Cogitaui. glosa. i. videor cogitasse. Et episcopus Albulẽ. dicit hic morieris tu. idest peccata tua petunt pro presenti te mori. quod nota. Et sic licitum est cuicunque audire vt ait Sapi. prouer. j. sapiens audiens sapientior erit. Et hieroni. in prohe. bib. ait. Habet nescio quid latentis energie viue vocis actus. vox magistri in aures discipuli fortius sonat.

¶ Incipit sermo fris Augustini de Leonissa.

Et sic frater augustinus de Leonissa in sermo diui Joan. euangeliste inter cetera dicit verba sequẽtia. quem sermonem fecit in concilio Basiliensi anno domini m. cccc. xxxiij. Et fuit thema facies aquile desuper. Eze. j. Et sic inter cetera dixit. Secundo contemplemur de illis quattuor animalibus et ipsorũ situationẽ vt dicit Ezech. etc. Illa erant situata et posita in circuitu cuiusdam electi. per electum intelligo dei filiũ pro nostra redemptione ab eterno electum. qui elegit nos in ipso ante mundi constitutionem: vt essemus sancti et immaculati in cõspectu eius et in mundũ veniẽs per incarnationẽ infima mũdi elegit: vt confunderet fortia. Stat autẽ in medio quattuor animalium: quoniam fuit homo in sua incarnatione. fuit bos in sua passione. fuit leo in sua resurrectione. et fuit aquila in sua ascẽsione. Homo est enim rex omniũ creaturarũ. Leo omniũ bestiarum. bos omnium iumentorum. aquila omnium auium. Christus vero de regali progenie ortus est rex regum et dominus dominantium. qui comparatur electo auro et argento composito. quã eius persona constat

et auro et ex argento humanitatis. In cui⁹ circuitu sūt q̄t tuor aīalia: qm̄ hac intētione q̄ttuor euāgeliste scripserūt euangeliū vt toti mūdo ostēderent xp̄m esse verum deū & hoiem. quorum euangelica dicta intuēs sanctus Effrē monachus in quodā sermone quem fecit de trāsfigurati one istius electi sic ait. Si nō erat deus: Gabriel quē dn̄ʒ vocat? Si nō erat hō: quem Maria in vētre gestabat? Si nō erat deus: Helisabeth quē salutabat? Si non erat homo: in presepe quis iacebat? si nō erat deus: magi quē adorabāt? si nō erat homo Joseph quem circūcidabat? Si nō erat deus: colūba quē protestatur? si non erat hō: Joannes quē baptizabat? Si nō erat deus: mare & vēti cui obediebant? Si non erat homo: in naui quis dormie bat? Si nō erat de⁹: peccata quis relaxabat? Si nō erat homo: in deserto quis esuriebat? Si non erat deus: mor tuos quis suscitabat? Si non erat homo: cibos quis su mebat? Si nō erat deus: latroni paradisuʒ q̄s donabat? Si nō erat homo: in cruce quis pendebat? si nō erat de⁹: sol lucē propter quē deponebat? Si nō erat homo: in se pulchro quis iacebat? Si nō erat de⁹: die tertia quis re surgebat? Si nō erat homo: Thomas quem palpabat? Si nō erat de⁹: in celū q̄s ascēdebat? Si nō erat homo: cicatrices christi quis ostēdebat? & sic de singulis. Igitur q̄ʒ verus deus est: propria virtute sup oēm creaturā ascē dit. Quia verus homo est: cicatrices & vulnera pro nobis patri ostendit: premaxime vulnus lateris de quo nullus euangelista loquitur ardētissime nisi Joannes. vt merito dicat facies aquile desuper. Tertio contēplemur de illis quattuor aīalibus: ipsorū descriptionē attendentes. Qui libet namq̄ʒ ipsorum describit a p̄pheta Ezechie. cuʒ quat tuor pedibus et cum quattuor manibus et cum quattuor pēnis et cum quattuor facieb⁹. Per pedem intelligo affe ctionē. Per manū operationē. Et per pēnas contempla tionē. Per faciē discretioneʒ. Quattuor erant pedes. qm̄

prelati qttuor debēt habere affectiones. Quarū due sunt de presenti: et duo de futuro. De psenti sunt gaudiū et dolor: sed de futuro sunt spes et timor. Gaudiuz est de bono: dolor de malo. Timor de supplicio: spes de premio. Ambulare ergo cum pede gaudij ad meritū: cum pede doloris ad delictū. Etiā cū pede doloris ad infernū: cum pede spei ad paradisum. Qm̄ spes est certa expectatio future beatitudinis et quedā mētis audacia de largitate dei cōcepta habēdi vitā eternā per bona merita.

Sequitur de sacramento penitētie. Circa quod sciēda sunt septē. Primū q̄d est penitētia. secūdū vnde dicitur. Tertiū q̄ est eius materia et q̄ est ei⁹ forma. quartū quid est sacramētū tantū in sacramēto penitētie. quid res tātum. et q̄d sacramentū et res. Quintū quot sunt partes vere penitentie. Sextum q̄ sunt conditiones vere confessionis. Septimū est cui debet fieri confessio. Circa primum dicendū est q̄ sicut dicit magister sentētiaruz libro. iiij. di. xiiij. Secundū Augustinū. penitētia est quedā dolentis vindicta puniens in se quod dolet se cōmisisse. Ad secūdū dicendū q̄ penitētia dr̄ a puniendo qua quis punit illicita q̄ cōmisit. Ad tertiū dicendū q̄ materia huius sacramēti est penitēs. Forma sunt verba absolutionis. s. ego te absoluo et c̄. q̄ profert sacerdos cū intētione faciēdi q̄d ecclesia instituit. Ad quartū dicendū q̄ actus exterior exercitatus a cōfessore et a penitēte est sacramentū tantū. Res tantū est remissio peccati. Res autē et sacramētū est penitētia interior. Ad quintū dicēdū q̄ partes vere penitentie sunt tres. s. cōtritio. cōfessio. et satisfatio. Et quāuis cōplementum peccati potest esse in actu cordis solius vel cordis et oris in simul vel omnium trium insimul. s. cordis oris et operis: tamē ad perfectionez vere penitentie debet esse omniū horum triuz aggregatio si assit facultas. quia absolutio que datur in penitētia est permanens. Ad sextum dicenduz q̄ conditiones vere confessionis sunt iste. s.

q confessio debet esse simplex. pura. fidelis. frequens. nuda. discreta. libens. verecunda. integra. secreta. lacrimabilis. accelerata. fortiter accusans. et parere parata. Ad septimum dicendum quod cōfessio debet fieri sacerdoti habenti claues. que claues sunt scientia discernēdi et potestas ligandi atque soluendi. per que penitens absoluitur a peccato et restituitur ecclie et recōciliatur xpo et donis spūalibus et de filio diaboli efficitur filius dei. hec sanctus Thomas li. vj. summe. capi. xx. Sed pro declaratione vniuscuiusque particule supradicte vere cōfessionis vide summam antoninā in tractatu confessionis. Multa alia sunt dicenda circa confessionē: sed in tractatu quē fecimus de confessione sunt determinata. Tho.

Sequitur de sacramēto extreme vnctionis circa quod sciēda sunt sex. primum qd est. secundū quādo institutū est. Tertiū qd est in hoc sacramēto sacramētū tātū. Et quid est res tantum: et quid sacramentum et res. Quartum quid est forma eius et materia. Quintum in quibus partibus corporis debet fieri vnctio. Sextum qd est eius effectus. Circa primū dicēdū est quod extrema vnctio ē sacramētum ex vnctione per oleū sanctificatum facta: cōferens infirmis remediū contra peccati reliqas. et si expediat alleuationem ferēs infirmitati. Ad secūdum dicēdum est qd institutum est Jacobi. v. Quādo christus misit vngere et sanare infirmos. Ad tertium dicendū q sacramentū tantū in extrema vnctione ē vnctio olei benedicti exterior. et res tantum est effectus duplicis sanitatis. et sacramētum et res est vnctio interior iocunditatis et leticie ex peccatorum remissione. Ad quartum dicendum. q materia huius sacramenti ē oleum oliuarū benedictū ab epo. Et forma sunt verba q dicit sacerdos. s. per istam sanctā vnctionē et suā pijssimā miam etc. Ad quintū dicēdum q debet fieri secūdū cōsuetudinē in oculis. in naribus. in ore. in manibus. in pedibus. in auribus. in pectore. in lumbis in

viris ꝛ in mulieribus in renibꝰ vel in vmbilico. ꝛ mutila
to aliquo mēbro debet inungi in loco illius mēbri vel mē
brorū. Ad sextū dicēdū est ꝙ effectus huius sacramēti est
pctōꝛum venialiū remissio: ꝛ virtutū ampliatio. ꝛ sic dr̄.
Jaco. v. Infirmat̄ aliq̄s ī vobis inducat p̄sbiteros eccle
sie: vt orēt super eum: vngentes eū oleo in noīe dn̄i: quia
vt dicit glo. de appel. in capi. qua fronte. ꝙ homo ꝓpter
peccatum citiꝰ mori p̄sumit̄. sic. xj. q. iij. in ca. epi. ꝛ. xij. q. j.
ca. ij. ꝛ. xxiij. q. iiij. ea vindicta. Et glo. ordina. super verbo
thematis dicit ꝙ multi ꝓpter pctm̄ plectūt̄ morte corpo
ris. Hinc est ꝙ saluator prouidēs de remedio cōtra pctā
hoim sanorū vt de peñia: prouidere etiā dignatꝰ est de re
medio contra pctā hoim infirmorū vt de extrema vnctio
ne. per quā quidē pctā venialia dimittūt̄: ꝛ etiā īfirmitas
corpis iterdū alleuiat̄. Vn̄ seq̄tur ī themate. Et orō fidei
saluabit īfirmū: ꝛ alleuiabit eū dn̄s. glo. interlinealis. i. si
cōtigerit eū mori: ꝛ sic dimittentur ei pctā ꝛ bene hoc ex-
pressum est in apl'is. de quibus dicit̄. Marci. vj. ꝙ vnge
bāt oleo multos īfirmos ꝛ sanabātur: ꝙ vtiqꝫ fit virtute
huius sacramēti ꝛ nō alia simplici vnctione. nā apl'i tunc
vngētes cōferebāt hoc sacramētū a xp̄o eiꝰ p̄cepto. vn̄ di
cit Nico. de li. sup Marcū vbi supra ꝙ ex eo ꝙ apl'i sic
vngebāt: patet ꝙ vnctio extrema q̄ est infirmorum: fuit a
xp̄o instituta q̄d est cōtra multos dicētes ꝙ Jacobꝰ apo
stolus in verbis premissis eum instituisset: quod falsum
est cum nullus apostolꝰ aliquod sacramentum instituere
potuit: sed bene publicare potuit institutum. Et hoc fecit
Jacobus in verbis premissis nostri thematis dicens in-
firmatur quis in vobis ꝛc. Vnde dicit Thomas in quar
to di. xxiij. q. j. ar. iij. ꝙ oīa sacramenta xp̄s instituit per se.
Sed q̄ sunt difficiliora ad credēdū illa p se promulgauit.
Alia autem seruauit apostolis promulganda sicut extre
mam vnctionem ꝛ confirmationeꝫ. Unde per ista verba
thematis nostri a Jacobo fuit istud sacramentū promul

gatum ꝛ non institutum. Diffinitur autē extrema vnctio sic secundum Scotum vbi supra. Est vnctio infirmi hominis facta in partibus determinatis corporis cum oleo consecrato ab episcopo: ministrata a sacerdote certa verba cum intentione debite proferēte ex institutione diuina efficaciter significans curationem venialiū. Ex qua diffinitione satis patet euidenter a quo debeat istud sacramētum conferri: ꝛ ex qua materia ꝛ sub qua forma. De quibus per ordinem est vidēdū. Et primo sciēdum est quod materia huius sacramenti vt dictū est: est oleum oliue ab episcopo consecratum. Et non est oleum balsami sicut in confirmatione. Cuius ratio est quoniam qui habet exire de via.i.de vita mortali: non oportet ꝙ habeat odorem bone fame ꝗ per balsamū designatur. sed sufficit ipm habere bonam consciētiam. Nec potest hoc sacramētum cōferre vel ministrare nisi fuerit sacerdos: ꝛ si alius confert nihil facit. vnde in diffinitione dicit̄.a sacerdote ministrata. Secundo sciēdum est de forma huius sacramenti. que est septuplex.s.ad septē vnctiones principales. Circa qđ sciendum ꝙ in quibusdam ecclesijs dicitur ista forma in collatione hui⁹ sacramēti. Ungo oculos tuos oleo sanctificato in nomine patris ꝛ filij ꝛ spiritus sancti.amen. Similiter vngo nares.ꝛc. Et consequenter vngo labia. manus ꝛ pedes.ꝛc. Sed in rei veritate ista verba nō sunt vera forma huius sacramēti sed bene sunt dispositio ad formā. Forma autē huius sacramenti vera hec est. Per istā sanctam vnctionem ꝛ per istam sacratissiman benedictionē indulgeat tibi dominus quicquid deliquisti per visum. Similiter resumendo super aures.nares.labia.manus.ꝛ pedes. Licet autem in hoc sacramento fiāt multe vnctiones: vltima tamen vnctio scilicet que fit in pedibus est forma respectu omnium precedentium: ꝛ agit in virtute omnium. Et ideo in vltima vnctione gratia infunditur: que effectum sacramenti prebet. Unde secundum Thomam

in.iiij.di.xxiiij. Si iaꝫ alique partes essent incepte ꝛ presbiter deficeret sicut contingit in pestilētia quod factū est: non debet iterari: sed vnctiones que restant per aliū sacerdotem debent compleri Sint ergo presbiteri cauti: vt de cetero corrigant libros suos ꝛ agēda. in quibus cōmuniter habēt formā sacramēti hui⁹ per illa verba. vngo oculos tuos vel nares tuas ꝛc̄. Istud enim sacramentum cōfertur per modū suffragij secundū Tho. ꝛ ideo datur per solā orationē ꝛ per verba optatiui modi. Unde dicit Jacobus in verbis thematis. Inducant presbiteros vt orēt pro eo. illa vero verba vngo oculos tuos ꝛc̄. non sunt de substantia sacramenti: sed de bene esse secundum Petruꝫ de Tharā. di. xviij. ꝛ Tho. in. iiij. q. iiij. articu. ij. Quibus autē hoc sacramentum conferendum sit. R̄. dicendum. ꝙ solum est dandum infirmis ꝛ nunꝙ sanis. nihil enim efficit in eis ꝛ hoc patet ex diffinitione prius data in qua dicitur ꝙ hoc sacramētum est infirmi hominis. nec debet dari infirmis istud sacramentuꝫ ex periculo exterioris violētie puta armorum: vel submersionis secundum doctorem subtilem in quarto. distin. xxiij. Et ex hoc soluo vnum dubium. De quo cum audirem sententiarū libros: dubitabatur a lectoribus ꝛ a formatis baccalarijs sacre theologie. an hoc sacramētum extreme vnctionis valeat vulneratis vel submergendis: patet ꝙ non. Dico enim probabiliter ꝙ si quis est vulneratus ꝛ ex vulnerib⁹ inflictis incidit in infirmitatē longam: ex qua desperatur d̄ vita ei⁹: puto ꝙ sit ei sacramētum dandū si alias recēter vulnerato: ꝛ iam decedēti nō sit danduꝫ. similiter suspendēdo vel submergendo nō est dandū. quoniam illi nō dicuntur infirmi necꝫ moriuntur ex defectu nature: sed ex euētu fortune secundū Petrū. Item hoc sacramentū non debet dari pueris furiosis ꝛ amētibus: qui pri..s non petierūt hoc sacramentū. Si quis tamē senio deficeret subito in articulo mortis potest ei hoc sacramētū extreme vnctioniꝫ dari.

Sed tamen adultis vsum rationis habẽtibus nõ datur nisi petãt specialiter. Sed tamẽ qui in vita sua habuit bonum propositum omnia sacramẽta sibi necessaria vel vtilia suscipiẽdi: etiam si amitteret loquelã vngatur in nomine christi. Non debet etiam quis inungi sepius in eadem infirmitate: nisi eadẽ infirmitas vltra annũ protrahatur: ita q̃d in vno anno in eadẽ infirmitate nullus bis inũgatur. ne sacramentum istud vilescat. Iteratur tamẽ hoc sacramẽtũ in diuersis infirmitatibus vel i eadẽ recidiua: qz non habet effectũ perpetuũ eo quod sanitas mẽtis et corporis que sunt eius effectus reiterari possunt et amitti et recuperari. Debet autem fieri vnctio extrema super organis quinqz sensuum corporaliũ: qui sunt quasi prime radices peccãdi. Unde oculi vnguntur propter visum: quo peccamus. Aures propter auditũ. nares propter odoratum. Labia propter gustũ. manus propter tactũ. pedes vero propter vim motiuã quod nõ est de necessitate. Cor autẽ non vngatur quoniam est principiũ immediatũ vite et remotum actionis neqz genitalia propter imundiciã et reuerentiam sacramẽti: nec lingua propter abhominationẽ. Itẽ secũdum Thomã mutilati inũgi debẽt quãto propinquius possint circa partes que inungi deberent. quia q̃uis non habẽt membra tamen habent potentias que illis mẽbris debẽtur saltẽ in radice: et ideo interius peccare possunt per ea q̃ ad eos pertinẽt et effectus extreme vnctionis secũdũ Tho. est quedã sanitas spũalis q̃ dat contra q̃dã debilitatẽ vel ieptitudinẽ: q̃ in nobis relinq̃tur ex pctõ actuali vel originali cõtra quam debilitatẽ hõ roboratur per hoc sacramẽtum. Et quia hoc robur seu fortitudo gratia facit: secum non compatitur peccatum ideo ex consequẽti si inuenit peccatũ aliquod veniale vel mortale oblitũ quo ad culpam tollit: dũmodo non ponatur obex ex parte recipientis. Secundarius autem effectus eius est corporalis sanitas. Sed diceres quare nõ semper

homo infirmus vnct⁹ surgit de īfirmitate sed sepius moꝛiatur? R. ꝙ cū isto sacramēto sanitas ē effectus secūdarius. ⁊ ideo non daᷣ nisi secūdū qḋ expedit ad sanitatē spiritualem qꝛ tūc semp eā inducit dūmodo nō sit impedimētum ex parte recipientis. Unde patet ꝙ si vnctus in extremis nō surgit ab infirmitate illa per illam vnctionem: signuꝫ est ꝙ sanitas coꝛpoꝛalis est sibi nociua ⁊ vult deus poti⁹ eum sic habere infirmum ꝙ̄ sanum. Uel signum est ꝙ infirmus non bene dispositus est in consciētia: ita ꝙ adhuc aliquod habet impedimētū quod impedit ne sanitas coꝛpoꝛalis sibi restituatur. alias raro fallit. In hoc enī sacramēto vnctio exterioꝛ est sacr̄m sed res sacri est sanitas coꝛpoꝛis ⁊ aīe. Res aūt ⁊ sacramētum ē vnctio spūalis interioꝛ. i. mētis iocūditas vel solatium. Potest autem sacerdos hoc sacr̄m extreme vnctionis conferre vel ministrare cū vno clerico: q̄ sibi respōdeat ad oꝛōnes ⁊ ad psalmos qui ibi dicūtur. Si tñ caret clerico potest solus expedire totū secūdū guillelmū ⁊ Hostiē. Si aūt vngiᷣ sacerdos: nō est opus clerico qui respondeat ad ṗs ⁊ oꝛationes: sed ipsemet respōdeat solus dicens cū dicitur in letania sancta Maria oꝛa pꝛo me et cetera. similiter cū dicitur a moꝛte perpetua: respōdeat libera nos dñe. Nec vngatur sacerdoti manus in palmis interioꝛibus: quoniā ibi vncte sunt per episcopum in oꝛdinibus. Sed exterius vngatur in superficie. de hoc tamen non est magna vis qualitercunqꝫ faciat: sed tamen illud securius est ⁊ tutius. pꝛatica huius sacramenti est facilis. Nam pꝛemittit sacerdos pꝛimo veniens in domum infirmi septem psalmos penitētiales cū letania. demum querit ab infirmo si postulat sacram vnctionem. Tertio dicit oꝛationes positas in libello ad hoc cōgruas. Quarto vngit eū foꝛma supꝛadicta. Quito tergit cū stupa canabis vulgariter canāmo: vel lini loca vncta ⁊ ꝓijcit in ignem. Sexto lauat manus sale ⁊ aqua. ⁊ similiter ꝓijcit ad ignē. Septimo alligat loca illa mūdo

panniculo vsqz ad tertiam diem: q̃ tertia die comburent. Octauo relinquit lignum passionis christi in cuius virtute istud sacramentum sicut et alia habent virtutem sanatiuam anime ꝛ corporis. Sed pro ampliori declaratione istius sacramenti extreme vnctionis vide magistrum sententiarum in .iiij. di. xxiij. ꝛ sic Tho. in solutione secūde. q. ad primum. cuius verba sunt. Ad primū ergo dicendum ꝙ quelibet infirmitas augmētata potest mortem inducere. Et ideo si genera infirmitatū pēsent: in qualibet egritudine hoc sacramentū potest dari quod apostolus hoc non determinat. Sed si pensetur infirmitas: modus: status: non semper debet infirmantibus hoc sacramentū extreme vnctionis dari. Et sic hoc sacramentū extreme vnctionis non debet dari omnib⁹ precipue furiosis amentibus qui possent irreuerentiam sacramento per aliquam immunditiā facere nisi haberent lucida interualla: in quibus sacramentū recognoscerent: ꝛ sic eis in statu illo conferri posset. Et dicūtur lucida interualla. s. in tempore sanitatis. Et in articulo supradicto. iiij. sen. di. xxiij. ad. v. in solutione quarte. q. dicit. vnde sicut eucharistia nō debet dari pueris. s. non determinantib⁹. i. decernentibus inter cibum spiritualem ꝛ corporalem: ita nec talibus debet dari sacramentuz extreme vnctionis. sic Tho. vbi supra. in quarto. distin. xxiij. ad. v. quod nota quoniā quotidie accidere potest. Et sic sacramentū extreme vnctionis non debet dari alicui nisi semel in anno quod est verū nisi infirmitas iteretur. quoniaz tunc tociens quotiens infirmitas iteratur poterit hoc sacramentū iterari. Et nō debet hoc sacramentū extreme vnctionis dari nec administrari nisi illis qui secūdū apparentiā sunt magis propinqui morti q̃ vite corporali secundū extimationē hominū vt dictū est. Pro quo vide Tho. suo. iiij. di. xxiij. ad quartū in solutione. ij. argumē. cui⁹ verba sunt. ad. ij. dicendū ꝙ illud quod est secunduz existimationem hominū extremū: quā

doq3 secundum rei veritatem non est extremum. Et sic di citur hoc sacramentum extrema vnctio: quia nō debet da ri nisi illis: quorum mors naturalis est propinqua secun dum existimationem hominum. ⁊ sic vide. capi. cum non nunq̄ȝ de pe. ⁊ re. vbi dicitur nonnunq̄ȝ infirmitas corpo ralis ex peccato proueniat.

Sequitur de sacramento ordinis ⁊ scieda sunt octo. Primum quid est ordo. Secundum quot sunt ordi nes: ⁊ quot sunt maiores ⁊ qui minores: ⁊ quare maiores dicuntur maiores. ⁊ quare minores dicunt minores. Ter tiū quot ⁊ que sunt de substantia hui⁹ sacramenti. Quar tum quid est in hoc sacramento ordinis sacramentū tan tum ⁊ quid res. Quintū que etas requiritur in ordinan dis tam in minoribus ordinibus quā in maioribus. Sex tum q̄ impediūt ordinandū licet non habeat culpam: sed non sine causa. Septimū quando christus exercuit istos ordines. Octauum que sunt officia ⁊ actus istorum ordi num siue ordinatorū. Circa primum dicendum ꝙ secun dum magistrum sententiarū. distintio. xiiij. ⁊ secundū hu gonem est signaculū quoddam in quo ⁊ per quod spiri tualis potestas seu officium tribuitur ordinato. Ad secū dum dicendum ꝙ quāuis iuriste ponant nouem ordines secundum nouem choros angelorum: tamen theologi po nūt septem secundum dona spiritus sancti: qui sunt hosti ariatus. lectoratus. exorzistatus. accolitatus. subdiacona tus. diaconatus. ⁊ presbiteratus. Et quattuor primi sunt minores quia minus accedunt ad ordinem presbiterat⁹. Ad tertium dicendum ꝙ de substantia huius sacramenti sunt sex. Primū est potestas ordinantis. quia oportet vt sit episcopus. Secūdum est materia: vt vnctio cum oleo ⁊ balsamo in manib⁹ sacerdotum. Tertiū est forma ver borum q̄ diuiditur seu distinguitur secūdum ordinem qui recipitur. Quartū est sexus. quia mulier non recipit cha racterem ordinis cū non sit capax dicti ordinis ratione se

rus. Quintũ est ꝓpria intentio. Sextũ qđ ordinandꝰ sit
baptizatꝰ ⁊ confirmatꝰ. Ad quartũ dicendũ quod sacra
mentũ tantũ in sacramẽto ordinis: est visibile signũ quo
potestas ordinati ostenditur. Res tamen est gratia q̃ con
fertur digne recipienti. res ⁊ sacramentũ est character qui
imprimitur. Ad quintũ dicẽdũ quod minores ordines an
te annos discretionis suscipi ⁊ cõferri possunt si necessitas
est. idoneitas. ⁊ spes profectꝰ. ⁊ secũdum qđ dicit̃ in cle. de
eta. ⁊ quali. ordi. capitu. j. ordinandꝰ in subdiaconũ debet
esse. xviij. annorũ. In diaconũ vero debet esse. xx. annoꝝ.
In sacerdotẽ. xxv. annorũ. ⁊ sufficit attingere annuꝫ. xxv.
In episcopũ. xxx. annorũ. Ad sextũ dicendũ quod multa
sunt que impediũt ordinandũ sine culpa ordinãdi sed nõ
sine causa. vt si ordinandꝰ est ignotꝰ non debet ordinari.
vt dicit̃ extra de pere. ca. j. neqꝫ si sit bigamꝰ. xxvj. di. cap.
a cũctis. neqꝫ si sit neophitꝰ corpore viciatus. xxij. ij. q. j. c.
legi. nec si sit de illegitimo matrimonio natꝰ extra de filijs
presbiterorũ. cap. j. neqꝫ si sit seruus extra de ser. non ordi.
capi. j. etiam quandoqꝫ obligatus ad ratiocinia expellit̃
ab ordinibus. Hec omnia sanctus Tho. libro. vj. summe
capi. xxxvj. Ad septimuꝫ dicendũ quod christus exercuit
ordinem hostiariatus quãdo eiecit vendentes ⁊ ementes
de templo. Ordinem lectoratus: quando in medio senioꝝ
accipiẽs librũ legit spiritꝰ domini super me ⁊c. Ordinem
exorzistatꝰ: quando demoniacos sanauit. ordinem accoli
tatus: quando dixit ego sum lux mũdi. Ordinem subdia-
conatꝰ: quãdo post cenam linteo se precinxit ⁊ pedes disci-
pulorũ lauit. Ordinem diaconatꝰ quãdo in cena corpus
suũ ministrauit discipulis suis ⁊ dormiẽtes apostolos ex-
citauit. Ordinẽ presbiteratꝰ quãdo in die cene panẽ ⁊ vi
nũ in suũ corpꝰ ⁊ sanguineꝫ mutauit ⁊ se in ara crucis ob
tulit. Ad octauũ dicẽdũ qđ actꝰ hostiariorũ est custodire
locũ cõfessionis sacramẽtorũ ab his qui immũdi determi
nati sunt scilicet excommunicatis. actus lectorum est pro-

phetias legere. act⁹ exorzistarum est arcere demones per coniurationem ne dominentur in corpore nondum baptizato. actus accolitorum est designare lumen euangelij in lumine naturali. act⁹ subdiaconat⁹ est oblationes accipere ab offerentib⁹ et eas offerre diacono. legere epistolam non est act⁹ principalis diaconi sed act⁹ consequēs. Act⁹ diaconi est ordinare hostias in altari. legere euāgeliū vel predicare non est act⁹ principalis diaconi: sed est act⁹ cōsequens. Act⁹ presbiteri est consecrare corpus et sanguinem christi. ligare auctoritate vel soluere non est act⁹ principalis: sed consequens act⁹. Sed pro ampliori declaratione isti⁹ materie vide Thomā in. iiij. distinctione. xxiiij. ad tertiū et per totam. di. Sed in dicto argu. tertio in corpore dicit Tho. Unde episcopus in collatione ordinum duo facit. Preparat enim ordinandos ad ordinis susceptionem et ordinis potestatem tradit. preparat quidem et instruendo eos de proprio officio et aliquid circa eos operando vt idonei sint potestatem accipiendo. que quidem potestas in tribus consistit. s. in benedictione et in manus impositione et in vnctione. p benedictionē diuinis officijs mancipātur et ideo benedictio datur. Sed per manus impositionē datur plenitudo gratie: per quā ad magna officia sint idonei. ideo solis sacerdotibus et diaconis fit manus impositio: q2 eis competit dispensatio sacramentorū quāuis vni sicut pricipali et alteri sicut ministro. Sed vnctio ad aliquod sacramētū tractādū consecrat. et ideo vnctio solis sacerdotib⁹ fit qui proprijs manib⁹ corpus xpi tangunt. Sic et calix inungitur qui cōtinet sanguinem: et patenā que continet corpus. Sed potestas collata fit per hoc quod datur eis aliquid quod ad propriū actū pertinet. Etiam quia principalis actus sacerdotis est cōsecrare corpus et sanguinē christi. quod nota.

Sequitur de sacramēto matrimonij: circa qđ scienda sunt sex. Primum quid est. Secundū vnde dicitur:

⁊ quare magis dr̄ a matre q̄ȝ a patre. Tertiū quādo fuit institutū. Quartū que etas req̄rit̄ in recipiētibus hoc sa-cramentū. Quintū q̄ sunt bona matrimonij. Sextū q̄ sit causa efficiēs matrimonij ⁊ q̄ sit causa materialis ⁊ fina-lis. Circa primū dicēdū q̄ꝺ matrimoniū est viri ⁊ mulie-ris cōiūctio indiuiduā vite consuetudinē retinēs. Ad secū-dū dicendū q̄ꝺ dicit̄ de mater. tris. ⁊ muniū. ij. quādo ma-tris muniū: quia hoc officiū magis apparet ī matre q̄ȝ in patre. Ad tertiū dicēdū quod fuit īstitutū in paradiso ter-restri ante peccatū ade cū dictū fuit. Crescite ⁊ multipli-camini ⁊ replete terrā. Ad quartū dicēdū quod secūdum q̄ꝺ dicit magister sentē. li. iiij. di. xxxvj. In viris ē quattu-ordecī annorū: in mulierib⁹ ē duodecī annorū q̄ possunt carnalē copulā exercere: ⁊ qui possunt in ea cōsentire. Ad quintū dicēdū q̄ꝺ tria sunt bona matrimonij. s. fides. pro-les. ⁊ sacramentū. Prima duo aliquādo sunt ī matrimo-nio ⁊ aliquādo nō. sed tertiū est de necessitate. q2 vinculū indiuisibile. sic dicit magis. sentē. li. iiij. di. xxxj. Ad sextū di-cendū q̄ꝺ causa efficiēs matrimonij est cōsensus amborū per verba de presenti expressus. materialis causa sunt per-sone legitime. Formalis ē debita verborū prolatio cū di-citur accipio te in meā vel te in meū. Finalis ē prolis pro-creatio: ⁊ fornicationis euitatio. memoriter bigamie pre-cepta decātāt: vt q̄ christiane pudicicie despiciūt fidē: dis-cant saltē ab ethnicis castitatē. fert̄ aureolus Theophra-sti liber de nuptijs. ī quo queritan. s. sapiēs vir ducat vxo-rem. Et cū diffinisset. si pulchra esset. si bene morigerata. si honestis parētib⁹. si ipse san⁹ ac diues. Sic sapiētē ini-re aliquādo matrimonium statim ītulit hoc autē raro in nuptijs vniuersa ista cōcordāt. Nō ē igit̄ vxor ducēda sa-piēti. Primū eniȝ impedit studia philosophie. nec posset quenq̄ȝ libris ⁊ vxori pariter inseruire. Multa eni esse q̄ matronarū vsibus necessaria sunt. Preciose vestes. aur̄. gēme. sumptus. ancille. suppellex varia. lectice. vt esseda

deaurata. deinde per totā noctē garrule.conq̄stiones.s.illa ornatior pcedit in publicū.hec honorat̄ ab omnib⁹:ego in contēptu feminarū misella despicior.cur aspiciebas vicinā? quid cū ancilla loq̄baris? de foris veniēs quid attulisti? non aurū habere possumus: no sodalē.alteri⁹ amorem suū odiū suspicatur. Si doctissim⁹ preceptor in qualibet vrbiū fuerit nec vxorē relinquere nec cuȝ sarcina ire potest. Pauperē alere difficille est.diuitē ferre tormētum. Adde q̄ nulla est vxoris eiectio: sed qualiscunq̄ȝ obuenerit habenda. Si iracūda.si fatua.si deformis. si superba. si fetida quodcūq̄ȝ vitij est post nuptias discim⁹. Equus. asinus.bos.canis. ⁊ vilissima mancipia. vestes quoq̄ȝ ⁊ lebetes.sedile ligneū.calix.vrceolus fictilis probant̄ pri⁹: ⁊ sic emunt̄. Sola vxor non ostēditur ne antea displiceat q̄ȝ ducatur. Attendēda est semper eius facies ⁊ pulchritudo laudanda ne si alteram aspexeris se estimet displicere. Vocando domina.celebrandus natalis ei⁹. Iusiurandū per salutem ei⁹ vt sit superstes optādū ⁊c. Uerū quid prodest etiam diligens custodia cū vxor seruari etiam impudica non possit:pudica nō debeat. Infida enim custos est castitatis necessitas. ⁊ illa vere pudica dicenda est cui licuit peccare:si voluit: pulchra cito adamatur. feda facile concupiscit. Difficile custoditur qd̄ plures amant. Molestum est possidere quod nemo dignat̄ habere. Minore tamen miseria deformis habetur quam formosa seruatur. Nihil tutum est in quo totius populi vota suspirant. Alius forma.ali⁹ ingenio. ali⁹ facetijs.i.vrbanitate.ali⁹ liberalitate sollicita. Et sic aliquādo expunatur quod vndiq̄ȝ incessitur. Et sic tu conclude q̄ nemo potest duobus dominis seruire. Ioan.viij. quoniā quisq̄ȝ aut amat deū aut amat mundū. Hec dixi submitens me correctioni sancte matris ecclesie catholice.

¶ Speculum sacerdotum volētiū celebrare missaʒ.

Et primo ante missā habēda sunt tria. s. intētionis
discussio: gn̄ralis cōtritio ⁊ pura cōfessio. Intētio
nis discussio: ne propt̄ vanā glīaʒ celebret. ne pro-
ter verecūdiā. ne ꝑpter alicui⁹ ꝑsone fauorē. ne ꝑ-
pter lucrū tp̄ale. nec ꝑpter cōsuetudinē. Genera-
lis ꝯtritio debet esse de obmissis bonis q̄ facere de
buit: ⁊ d̄ pctis cōmissis corde ⁊ opere. Pura cōfessio notabiliū pe-
catoꝝ cōmuniū vel notoꝝ vel ignotoꝝ. In missa sit diligēs sacer-
dos circa locū id est tabulā vt recipere possit vtraqȝ. Diligētior cir
ca calicē: ne sit fract⁹ vel nō p̄parat⁹. Diligētissim⁹ circa materiā: ne
hostia sit corrupta: vinū acetosū aut d̄sit aqua. In canōe sit diligē-
cia magna i signis: vt humilit̄ fiāt. maior in v̄bis: vt veraciter ea di
cat. Maxima in intētione vt firma fide cōsecrare intēdat. In cōse
cratiōe habeat diligētiā ad cōficiēdū corpus xp̄i. Reuerētiā ad tan
gēdū ⁊ deuotionē ad sumēdū. In tāgēdo corpus xp̄i sit reuerentia
magna ꝑpter cōtinētiā tā excellentis corporis xp̄i. Maior ꝑpter
cōtinentiā taȝ excellentioris aīe xp̄i. Maxima ꝑter cōtinētiā tam
excellētissime diuinitatis christi. Qui in cōsecrādo intēdit facere d̄
um ⁊ per lachrymas colere. mortē christi memorari. totā ecclesiā
adiuuare. Qui in cōsecrando intēdit cōseq̄ augmētū dilectiōis: in
seperabilitatē vniōis: accelerationē fruitionis. Sit humilis oratio in
p̄mo ⁊ scd̄o memēto ꝑ se. ne tā idign⁹ minister indigne recipiat tā
dignissimū mysteriū. Ne tā indeuot⁹ p̄sbiter iustissimū iudicē flec-
tat i suū iudiciū. Ne tā inmūd⁹ hospes tā excellētissimū hospitē a
se repellat fetore criminū. ⁊ pijssim⁹ dn̄s eū ꝑticipē faciet electorū
sacerdotū. Secūdo ꝑ viuis: vt sint ꝑticipes tāti mysterij: auditores
habiles missaꝝ beneficij: humiles cōtēptores vanitatū mūdi: satis
factores stabiles defect⁹ proprij ⁊ sectatores vigiles diuini bn̄ficij.
Tertio in scd̄o memēto ꝑ d̄fūctis: vt ꝑ tā suauissimū mysteriū ha-
beāt cōtinuū subsidiū. vt ꝑ p̄ces eccl̄ie ⁊ fideliū habeāt suaue a pe-
nis refrigeriū. vt ꝑ hoc nr̄m ministeriū habeāt scōꝝ reditū ad sctōꝝ
cōsortiū. Post missā fiat sūma grāꝝ actio d̄ tāto p̄āe suauissimo an
gelorū creatore a creatura recepto. d̄ tāto viatico ꝑficuo xp̄i electo
rū creatura recepto. O sacerdos corp⁹ tuū quotidie efficit̄ sepul-
chrū xp̄i. Quomodo ex ore tuo ꝑgredit̄ falsitas ꝑ qd̄ igredit̄ veri-

tas? Quomodo oculi tui vidēt vanitatē: q̄ quotidie aspiciūt veritatē? Quomodo man⁹ tue extēdunt ad illa: q̄ tenēt tenentē oia? Quomodo te reples ⁊ igurgitas vino: q̄ debes esse plen⁹ deo?

Versus.

Cum domino psalles: psallendo tu tria serues.
Dirige cor sursum. bene ꝓfer. ꝓspice sensum.
Cōstat in altari: carnem de pane creari.
Iste cibus deus est qui negat hoc reus est.
Tam sanctum pignus nemo sumat nisi dignus.
Qui capit indigne: diro hic cruciabit igne.

Dn̄i Petri Helene ep̄i breue sed iocūdissimū in ecclesie speculum epygramma.

Quisquis ad altaris pergis solēnia sacra
Hortor ⁊ admoneo. quod tibi ferat opem.
Ecclesie legito q̄ specula nunc tibi mitto.
Cum legeris relegas. deniq̄ doctus eris.
Misse mysteria quid signēt sacraq̄ nescis.
Istic comperies. hoc igitur repetas.

Deo gratias.

¶ Impressum hispali per Iacobum crōberger anno domini. Millessimo quingētessimo. xij. xvj. kal. ianuarij.

A theologis inter tere et ꝯtero differentia assignat' vn de atritio et ꝯtritio terere est in ptes omnitatiuas magnas ꝯterere vero est in ptes diminutiuas. vnde similitudinarie. in ptitorez alludit' q' no sufficit. tere atritione hoc est croib' ptis generalez ꝯfessionez. Sed ꝯtria oportet ꝯterere hoc est vnuz quodaq̄ ptm ꝑ se
Sententiarum
que viua nascunt' si mortua fuerint reuiuiscunt' que mortua nascunt' iterum no reuiuiscunt nusq̄ legit' aliquē mortuz nasci. et postea reuiuiscere sed legit' aliquem reuiuiscere siuiuus nascit' vt fuit multi q°s apti resuscitauerūt. hoc in intelligit de mortali peccato q' quādo homo in pcto est mortuus est et opa q̄ tūc agit bona no resurgunt :